



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Tractatvs De Regimine Ecclesiae Episcopalis In Octo  
Libros Distribvtvs**

**Antonelli, Giovanni Carlo**

**Velitris, 1650**

De Iudeis, & Saracenis. C. XII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11401**

## S V M M A R I V M:

1. *A quo Iudice puniantur Iudei, ac Saraceni.*
2. *Qua poena plectantur Christiani, qui cum iudeis habitant.*
3. *Quam poenam incurvant Christiane nutrices, quæ Iudeorum filios lactare presumunt.*
4. *Quia poena plectendi sunt Iudei, qui cum muliere Christiana copulam habent.*
5. *Quid si Christianus cognoverit Iudeam, vel Saracenam:*
6. *Qua poena puniantur Christians, qui capti à Saracenis, vel Iudeis Christianam fidem abnegarunt.*

## C A P. XII.

## De Iudeis, ac Saracenis.

7. *Vdæi, ac Saraceni seculari Indici sub sunt in delictis secularibus, & in causis, quæ inter personas seculares sunt mixti fori, locus est præventioni cap. postulasti de Iudeis l. Iudeis C. cod. tit: Io: Franc. Leo in Thes. for. eccl. par. q. cap. 4. num. 12. Ricc. in collect. decis. 434 par. 2. Vnu. relatus in Syntag. opin. comm. tom. 1. tit. 30. de Iudeis cap. 8. vers. Iudeos: sed in delictis 4 merè ecclesiasticis iudici ecclesia stico subjiciuntur, ut in cap. etsi de Iudeis & Sarac. Vnde si quid in contemptum Christianæ religionis committant, aut hæreticas propositiones contra nostrā fidem proferant, vel si negent ea,*

*qua habent communia circa fidem cum christianis, poena extraordinaria, videlicet pecunia, carcerum, verberum, tritemium, vel alia arbitrio inquisitorum puniuntur pro qualitate delicti, ac tradi etiam possunt curie seculari ultimo supplicio punienti ex constitutione Greg. XIII. quæ resert. Dian. p. 4. tr. 7. ref. 2. & notat etiam Ricc. loco cit. Barbos. in c. ad hæc num. 3. de Iudeis & Saracen. vbi etiam dicit, quod Iudeus retinens nutrices christianas eorumdem inquisitorum iudicio subfunt.*

*Christianii vero, qui cum Iudeis habitant, excommunicandi sunt cap. Iudei 2. de Iudeis & Sarac. nisi à Christians huiusmodi in fideles detineantur tamquam servi: seruiliis enim conditio excludit presumptionem subuersiōnis, ut dicunt Doctores apud Barbos: in d. cap. Iudei num. 2. Clericus vero deponitur e. nullus 28. q. 1. eam demque poenam subeunt laici, & clerici, qui Iudeorum azima comedunt ex d. cap. nullus Christians etiam nutrices, quæ eorum filios lactare presumunt, excommunicari debent cap. etsi Iudeos eod. tit. conuiua quoque cum Iudeis interdicta sunt ex cap. omnes 28. q. 1.*

*Quæres, qua poena plecti debant Hæbrei, qui cum muliere Christiana copulam habent? Resp. quod si cum Christiana simplicē fornicationem committant, pecuniaria poena puniuntur secundū magis communem opinionem; si vero adulteriū, vel aliud grauius cri-*

crimen cum Christiana perpetraverint, eadem, qua Christiani, plebetti sunt P. Fiehard. relatus in Syntag. opin. commun. to. 1. tit. 30. de 5 Iudeis cap. 4. Christianus vero cognoscens Iudeam, vel Saracenam capitali pena plectendus est, si eut Sodomitæ, & ij, qui cum brutis nefariè coeunt secundum Bonifac. de Vitalin. in tit. de Raptor. in fin. quem refert, & sequitur Graff. par. 2. lib. 2. cap. 23. num. 37.

6 Quares 2. qua pena puniantur Christiani, qui capti à Saracenis, vel Iudeis Christianam fidem abnegarunt?

Resp. quod si sponte comparuerint, & dicant, se adhuc fidem corde retinuisse, tunc abiurant ut vehementer suspecti, & alij pœnitentia salutares iniunguntur, exceptis pueris, rusticis, feminis, & alijs similibus personis, qui propter eorum simplicitatem solent abiurare de leui; si vero fatentur, se verè fidem abnegasse, hoc casu ut formales heretici abiurant, & grauiores pœnitentia imposuntur. Geniens in Prax. Archiep. cap. 68. num. 12. Dian. par. 4. tr. 7. ref. 3. ubi citat Aloys. Bariol. in Aphor. lit. P: ver. Pueri §. 2. Pegg. in Direct. Inquis. par. 2. comm. 59. Ricciull. de Iur. person. lib. 6: cap. 5. numer. 7. & seq.

Sed si non sponte comparuerint, & confiteantur facta apostatica absque intentione abnegandi fidem, super intentione torquentur: & si post torturam legitimè adhibitam in negativa perfistant, abiurant similiter ut vehementer suspecti: si vero intentionem pra-

uam confiteantur, tamquam formales heretici abiurant, & ultra abiurationē puniuntur arbitrio Iudicis, qui considerare debet qualitatem metus illati, & personæ delinquentis, ut d. Pegg. loco cit. & alij apud Dian. ubi supra ref. 3.

## S V M M A R I V M.

- 1 Iniuria illata clericis an sit mixta fori.
- 2 Quando clericus possit pro sua, vel suorum iniuria absque irregularitatis metu agere coram Iudice seculari.
- 3 In quo casu cesset actio iniuriarum.
- 4 Iniuria unius facta toti familiae, tötique agnationi facta censetur.
- 5 Illata iniuria unius de collegio, vel universitate quando possit agere Universitas, vel collegium nomine proprio.
- 6 Iniuria quibus modis fiat.
- 7 Inferens iniuriam qualiter spectendus.
- 8 Si non appareat, quis nam coparet iniurias dicere, neuter de iniuria tenetur.
- 9 Quid si inter plures homicidium committatur unico vulnere, & ignoretur, quis occiderit.
- 10 An veritas coniuncti excusat ab iniuria.
- 11 Clerici laicos iniuriantes quomodo debeant eis satisfacere.
- 12 Quando Iudei possit cognoscere de iniuria sibi illata.
- 13 Qua pena multandus sit qui alapa percudit Potestate.

CAP.

